Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fecerunt · ut ihesum dolo
tenerent et occiderent ·
Dicebant autem · Non
in die festo · Ne forte
tumultus fieret in po
pulo · Cum autem ihesus
esset in bethania in do
mo symonis leprosi ·
accessit ad eum mulier
habens alabastrum un
guenti preciosi et effudit
super caput ipsius recum-
bentis · Videntes autem
discipuli indignati
sunt dicentes · Ut quid
perdicio hec · Potuit enim
istud venundari multo
et dari pauperibus · Sciens
autem ihesus ait illis · Quid

molesti estis huic mu
lieri? Opus enim bonum
operata est in me · Nam
semper pauperes habetis
vobiscum · me autem non
semper habetis · Mittens
enim hec unguentum hoc
in corpus meum ad
sepeliendum me fecit ·
Amen dico vobis ·
ubicumque predicatum
fuerit hoc evangelium ·
in toto mundo dicetur ·
et quod hec fecit narrabitur
in memoriam eius ·
Tunc abiit unus de
duodecim qui dicitur
iudas scarioth ad prin
cipes sacerdotum et ait illis ·